tudine retinere festinat. Malũ omñe ꝺ reipublice sue termis ꝑ fatalis seriẽ necessitatis eliminat. Quo fit vt q̃ in terris abũdare credũt̃. si disponentẽ puidentiã spectes nihil vsq̃ mali esse ꝑpendas. Sed video iam dudũ te ꝛ põdere q̃stiõis oneratũ. ꝛ rõnis plixitate fatigatũ aliquã carminis expectare dulcedinem. Accipe igitur haustũ quo refect⁹ firmior in vlteriora contendas.

Metrum sextũ quarti libri.

I vis celsi iura tonantis
Pura solers cernere mẽte
Aspice sũmi culmina celi
Illic iusto federe rerum

Metr. vi. q̃rti libri.

I vis celsi iura tonãtis. Istd ẽ sextũ metr. h⁹ q̃rti. qd fm q̃sdaz dr adonicũ. fm q̃sdã archiloycũ. ab inuẽtore tetrametr. dactilicũ a pede ꝑdñante. in ꝙ metro phĩa ꝯmẽdat diuinã puidẽtiã i dispõne rerũ ꝛ p̃io ex ꝑte rer. ꝙ diuia dispõne regũt̃. scdo ex ꝑte dei regẽtis. ibi. Sedet iterea. P̃io ꝯmẽdat diuinã puidẽtiã in regĩe corpor. celestiũ. scdo i regimĩe elemẽtor. tertio i regĩe tẽpor. q̃rto i regĩe generabiliũ ꝛ corruptibiliũ. scda ibi Hec cõcordia. tertia ibi. his de caus. q̃rta ibi. hec tẽpies. P̃io dr. Si tu solers. i. sapiẽs vis pura mẽte cernere iura. i. regimia qb mõs regit̃ celsi tonãtis. i. di. aspice culmĩa. i. altitudĩes sũmi celi. Illic sydera fuãt vetẽrẽ pacẽ. i. antiq̃m cõcordiã quã eis diuia puidẽtia ididit iusto fe

Metrum sextum

dere. qz sol cõcit⁹. i. cõmot⁹. rutilo igne. i calore nõ ĩpedit gelidũ axem phebes. i. lune. nec vrsa q̃ flectit rapidos meat⁹. i. mot⁹ circa polũ septẽtrionalẽ. nũq̄z lota occiduo pfũdo. i. mari occidẽtali cupit tĩgere. i. mergere flammas oceano. i. mari. cernẽs cetera sidera mergi ĩ mare. ⁊ loq̄r more vulgari. credit ei vulg⁹ stellas qñ occidũt descẽdere in mare. ⁊ vesp. i. ven⁹ sp eq̄s vicib⁹ tpis nũciat seras vmbras noctis ⁊ eadẽz ven⁹ exñs lucifer reuehit diẽ almũ. i. clarũ. sic altern⁹ amor pueniẽs ex diuina puidẽtia reficit eternos cursus siderũ. sic id ẽ p talẽ mutuã cõcordiã. bellũ discors exulat. i. expellit. ab oris astrigeris. i. a regiõib⁹ celestib⁹ q̃ gerũt astra. Notãdũ de hac dictiõne solers q̃ fm Isid. iterptat qui sollicit⁹ ĩ arte vl' vtilr ⁊ sic dz scribi per duplex l. Sz fm hugui. dr a solõ qd ẽ totũ vl' mltũ ⁊ ars tis. qi tot⁹ vl' mlt⁹ ĩ arte. ⁊ sic

Veterem seruant sidera pacem
Non sol rutilo concitus igne
Gelidum phebes impedit axem
Nec que summo vertice mundi
Flectit rapidos vrsa meatus
Nūq̄z occiduo lota profundo
Cetera cernens sidera mergi
Cupit oceano tingere flammas
Semper vicibus temporis equis
Vesper seras nunciat vmbras
Reuehitq̄z diem lucifer almū
Sic eternos reficit cursus
Alternus amor, sic astrigeris
Bellum discors exulat oris
Hec concordia temperat equis

dz scribi p simplex l. ¶ Notãdũ q dr⁹ mag' denoiat tonãs a tẽpestate tonãdi q̄z ab alia tẽpestate qz maior terror p eã ĩcutit mẽtib⁹ hoim q̄z p aliã vñ p tẽpestatẽz tonãdi hoies mag' ĩducũt ad recogitãdã diuinã potentiã ¶ Notãdũ q vrsa hñs. vij. stellas circa polũ septrionalẽ mota nũq̄z occidit sz sp nob apparet lz alie stelle nobis oriãtur ⁊ occidãt. de venere aũt q̃ de nocte sequit solẽ. ⁊ de mane lucifer dicta pcedit solẽ. visũ fuit ĩ. i. li. metro. ij. ¶ Hec cõcordia ⁊c. hic phia cõmẽdat regimẽ diuine puidẽtie ĩ elemẽtis di. hec cõcordia proueniens ex diuina prouidentiã tpat elemẽta eq̄s modis vt hũida elemẽta pugntia. i. cõtraria cedãt siccis vicib⁹. i. vicęuersa ita q qñ q̄z pualeãt hũida ⁊ qñ q̄z sicca. ⁊ q frigora. i. elemẽta frigida iũgãt fidẽ. i. cõcordiã flãmis. i. calidis elemẽtis ne vnũ totalr aliud corrũpat. ⁊ hec concordia fac̄ vt pẽdul⁹ ignis surgat ĩ altũ. i. moueat sursũ. ⁊ fre graues põdere sidãt. i. deorsũ residẽant. ⁊c cõmẽdat regimẽ di circa tpa di. hisdẽz cãis. i. silib⁹ cãis p diuinã puidẽtiã ordiatis ãn⁹ florifer. i. ĩ q abũdãt flores spirat odores ĩpo vere. i. tpe veris, tepente. i. incalescente estas feruida siccat cererẽz. i. fruges

Autūn⁹ remeat. i. reuertit̃. g̃uis. i. onerosis pomis imber defluus irrigat hiemē. Tūc ꝯmēdat regimē dei circa generabilia ⁊ corruptibilia dicens Hec tēperies. i. tpata dispō ꝓuidētie diuīe. alit ⁊ ꝓfert qcqd ī orbe spirat vitā. i. qcqd viuit. ⁊ eadē tēperies rapiēs ea q̄ fecit. ꝯdit. i. abscondit ⁊ aufert. s. ab esse mergēs. orta. i. ꝓducta supmo obitu. vltia morte. ¶ Notādū fm ꝯmētatorem. viij phi. Primū antiquū nihil facit sine scdo antiq̄ i. celo. g̃ ꝓxima causa generatōnez et corruptionē elemētorū ⁊ oīm in mūdo et tēporū distinctionez ꝑat̃ mediantib⁹ corporibus celestib⁹. vñ in li. de pomo aresto. scribit̃ ꝙ creator oīm sua sapia preparauit speras. ⁊ i q̄libet spera stellas lucidas. et dedit ipsis ꝟtutē dominādi in h̄ mundo faciēdi bonū ⁊ malū mortē ⁊ vitā. ⁊ incedunt stelle fm ꝟtutē ipsis a creatore datā fm desideriū ⁊ volūtatē eius in ascendēdo et descēdēdo. nūc de oriēte ad occidentē. nūc de occidēte ad oriētē sine ꝯdictione et oēs stelle sunt sicut fui dn̄o obediētes ⁊ decursus ⁊ mot⁹ eaꝝ nō ē a seipsis nec ꝟtute eaꝝ sed ē creator q̄ facit eas moueri. ¶ Sedet interea. Hic ꝯmēdat ꝓuidentiā diuinā ex pte dei regētis dicēs. Interea dū res sic gerunt̃. alt⁹ cōditor. i. sūm⁹ creator reꝝ de⁹. sedet. i. in se imutabiliter manet regēs oīa flectit. i. moderat̃ habenas reꝝ. i. frena extīs reꝝ p sapiāz gubernatōis. dn̄s p potētiā creatōis. Fōs oīs bonitatis ⁊ origo oīm ⁊ ipe a nullo. lex oīa ligans ⁊ sapiēs arbiter. i. iudex eq̄. i. equitatis oībus tribuens fm iusticiaz q̄ scꝫ lex oīa regēs. ꝯcitat. i. excitat. entia ire. i. ꝓcedere ad esse. motu. i. p motū. ⁊ sistit. i. ꝑmanere facit ad tēpus in esse retrahēs oīa ad nō eē. ⁊ ipe firmat p gratiā vaga. i. instabilia p naturā. Nā nisi de⁹ reuocās rectos it⁹. i. rectum ꝓgressum qui est ab esse ad non esse. cogitat. i. reducat entia in flexos orbes id est in quasdam circulationes ea que stabilis ordo diuine ꝓui

Elementa modis. vt pugnantia
Vicibus cedant humida siccis
Jungantqꝫ fidem frigora flamis
Pendulus ignis surgat in altum
Terreqꝫ graues pondere sidant
Hisdem causis vere tepenti
Spirat florifer annus odores
Estas terrerem feruida siccat
Remeat pomis grauis autūnus
Hyemem defluus irrigat imber
Hec temperies alit ac profert
Quicquid vitam spirat in orbe
Eadem rapiens condit et aufert
Obitu mergens orta supremo
Sedet interea conditor altus

Prosa septima

dentie cõtinet. ista dissepta. i. sepata a suo fonte. i a suo principio qd ẽ de⁹ fatiscãt. i. deficiant ⁊ ad nihilum deuenient. Hic fons est cõmunis amor cunctis entibus. ⁊ cuncta repetunt id est appetunt. teneri. i. cõseruari. fine boni. i. finem boni. quia res aliter non queant durare id est in esse perpetuari. nisi conuerso amore refluant id est redeant cause id est ad primã causam que dedit eis eẽ p creationem.

Rerumq; regens flectit habenas
Rex et dominus fons et origo
Lex ⁊ sapiens arbiter equi
Et q̃ cum motu concitat ire
Sistit retrahens ac vaga firmat
Nam nisi rectos reuocans itus
Flexos iterũ cogat in orbes
Que nunc stabilis cõtinet ordo
Dissepta suo fonte fatiscant
Hic est cũctis cõmunis amor
Repetuntq; boni fine teneri
Quia non aliter durare queant.
Nisi conuerso rursus amore
Refluant cause que dedit esse

Prosa septima libri quarti

Am ne igit͡ vides q̃d hec oĩa q̃ diximꝰ cõsequãt. B. Quid/

¶ Notandũ q; entia reguntur a deo p quandã circulatiõez sꝫm q̃m q̃dammodo perpetuantur in esse. verbi gratia. Deꝰ sic disposuit res vt ex semine proueniat herba. ⁊ ecõuerso ex herba pducatur semen sic in generatione elemẽtorum fit quidã circulus dum ex aere generat͡ ignis. et iterum ex igne aer ¶ Item in creaturis rõnabilibꝫ que pgrediunt͡ a deo pductione nature. fit iterũ reflexio ad ipm deum per reductiõez gratie. vt sic nihil permaneat in rebus ens ⁊ pfectum nisi per quãdam circulationem. et hoc innuit phia in lr̃a. ¶ Notandum q; finis ad quem oĩa naturali appetitu tendunt est ipm summũ bonum q̃d ẽ deꝰ. Hũc finẽ cõsequunt͡ rõnales creature p opationem intellectus ⁊ voluntatꝫ. Sed irrõnales creature cõsequunt͡ ipm solũ p hoc q; ipm repñtant p q̃ndã pticipatõez essendi. ⁊ ideo eodem appetitu naturali q̃ aliquid appetit suũ esse. eodem appetitu tendit in suũ vltimum finem. ⁊ hoc innuit in littera cum dicit. Hic ẽ cunctis cõmunis amor.

Prosa septima quarti libri

Am ne igitur vides. Ista est septima ⁊ vltima prosa huius quarti in qua phia deducit quandam cõclusionem ex pmissis. ¶ Et primo

facit hoc. secundo subiungit quandã exhortationẽ. secunda ibi. Quare in quit. Primo ponit conclusionem intentã. secundo cõparat eam ad opinio nem vulgi. Secunda ibi. Sed eam. Primo dicit. Uides ne iam o boe ti qd consequatur hec omnia que diximus. Dicit Boeti⁹. Quid inquã ꝛ phia Omnem fortunã prorsus esse bonã dicit Boeti⁹. ꝛ qui inquaꝫ idest quo mõ hoc pt fieri. Cui phia Attẽde inquit. Cum oĩs fortuna siue iocunda siue aspera ↄ̃ferat cã remunerãdi vel exercẽdi bonos vl' causa puniendi vel corrigẽdi improbos. patꝫ ꝙ omnis fortuna ẽ bona. quam vel cõstat esse iustam sicut illa que punit malos. ꝛ p̃miat bonos. vel constat esse vtilem. sicut que exercet bonos ꝛ corrigit malos dicit Boeti⁹. nimis id est valde vera est ratio. ꝛ si prouidentiã quã pauloante docuisti ꝛ fatum considerẽ. tũc sententia ẽ nixa id est firmata firmis viribus. i. rationibus.

nam inquã. P. Om̃eꝫ inq̃t bonam prorsus esse fortunã. B. Et q̃ inq̃ fieri põt. P. Attende inq̃t ꝙ om̃is fortuna vel iocũda vel aspera. tum remunerãdi exercendiue bonos. tũ puniendi corrigendiq; improbos causa deferat. Om̃is bona quã vel iustã ↄ̃stat esse vel vtileꝫ. B. Nimis q̃deꝫ inqꝫ v̾a ratio. Et si quã paulo ante docuisti prouidentiam fatũue ↄ̃siderem, firmis virib⁹ nixa senten tia Sꝫ eã si placet inter eas quas i/ opinabiles pauloante posuisti nu/ meremus. P. Et quid inquit. B.

¶ Notandũ ꝙ ex quo fm diuinam ꝓuidentiam bonis ꝛ malis nunc prospera nunc aduersa eueniunt. bonis propter remunerationem prospera. ꝛ propter exercitationẽ in virtutib⁹ aduersa. patet ꝙ prospera fortuna remũerans ꝛ aduersa exercitãs est bona. Item cum prospera fortuna malos emendet vt visum est prius. ꝛ aduer/ sa ipsos corrigat ꝛ iuste puniat patet ipsam etiam esse bonam.

¶ Sed eam si placet. Hic comparat hanc conclusionẽ ad opinionem vulgi ostendens eam vulgo esse inopinabilẽ. ꝛ inquirit quid vulgus sen tiat de qualibet fortuna. scdo ex opinione vulgi concludit quoddã cõtrari um ipsi vulgo ibi. Uide igitur. dicit ergo. O phia si placꝫ eam opinionẽ ꝙ omnis fortuna sit bona. numerem⁹ inter eas opiniões q̃s pauloañ po/ suisti inopinabiles. dr phia. q̃d id est propter q̃d Boetius dicit ꝙ cõmu/

Prosa septima

nis sermo hominum vsurpat istud id est in vsum capit quorundam for/tunam esse malā quorundā bonā. ꝛ dicit philosophia. Uis ne o Boeti accedamus paulisper sermonibus vulgi. ne nimium videamur recessisse a communi vsu hoīm ꝺt Boetiꝰ vt placet. ꝛ phīa. nonne censes bonum

Quia id hominū sermo cōmunis vsurpat. et quidem crebro quorundaz malam esse fortunam. P. Uis ne inquit igitur paulisper vulgi sermonibus accedamus. ne nimium velut ab humanitatis vsu recessis/se videamur. P. Ut placet inquaz Nōne igitur bonum censes esse qꝺ prodest. B. Ita est inquā. P. Que ꝺo aut exercet aut corriget ꝑdest. B. Fateor inquā. P. Bona igitur B. Quidni. P. Sed hec eoruz est: qui vel in virtute positi contra aspera bellum gerunt vel a vicijs declinantes virtutis iter arripiunt. B. Negare inquam nequeo. P. Quid vero iocunda que in premium tri/buitur bonis. num vulgus malam esse decernit. P. nequaquaz. Uerū vti est ita quoqꝫ esse optimā censet. P. Quid reliqua que cum sit aspera ꝛ iusto supplicio malos coherceaz

quod prodest. ꝺt boeetius Ita est. ꝛ phi/losophia. Fortuna q̄ aut exercet aut corri/git prodest. Dic̄ bo/etius. fateor inquam Ideo cōcludit phīa. Omnis fortuna bona est que exercet et corrigit. dicit Boetius. Quid id est q̄re non. ꝛ addit philoso/phia. Hec fortūa q̄ exercet est eoꝝ hoīm. qui positi in virtute gerunt bellum con/tra aspera. Sed for/tuna que corrigit est eorum hominum q̄ declinantes a vitijs arripiunt iter virtu/tis. Dicit Boetius Negare nequeo.

Querit philosophi/a. Quid est de fortuna iocunda que retribuitur bonis in premium. nunquid vulgus ꝺcernit id est iudicat eam esse malā. Dicit Boetiꝰ. Ne/quaquam. sed censet id est iudicat eam esse optimam sicut est.

Querit vlteriꝰ phīa. Quid est de reliq̄ fortuna que punit q̄ cum sit aspera ꝛ coerceat malos

iusto supplicio nunq̄d vulgꝰ putat eū esse bonam. dicit Boetiꝰ Imo iudicat eam esse miserrimā oīm que excogitari possunt. ¶ Nota ꝙ omīs fortuna vel est ad exercendū bonos ⁊ corrigendū malos. vel ad remunerādū bonos ⁊ puniendū malos. Fortuna que est ad exercenduꝫ bonos ⁊ ad corrigendū malos hoīes vtraqꝫ est bona. etiam sm̄ opinioneꝫ vulgi quod ꝓbat p̄hia Illud q̄d ꝓdest ē bonū. sed fortuna q̄ exercet bonos hoīes prodest bonis ⁊ que corrigit malos prodest malis. ḡ vtraqꝫ est bona. Fortūa aūt que exercet ē bonoꝝ q̄ gerunt belluꝫ ꝯ vitia Fortuna que corrigit est maloꝝ q̄ declinant ad ꝟtutes Fortūa aūt q̄ remunerat bonos bona ē. etiam sm̄ vulgares. sed que punit malos oīum pessima est sm̄ vulgares. ⁊ hāc opinionē vulgi de vtraqꝫ fortuna philosophia tangit in lr̄a.

Nū bonā populꝰ putat. B. Immo oīm inqꝫ q̄ excogitari possunt iudicat esse miserrimā. P. Uide igit̄ ne opinionē populi seq̄ntes quoddaꝫ valde inopinabile ꝯfecerimus. B. Quid inqꝫ. P. Ex his em̄ ait q̄ concessa sunt. euenit. eoꝝ q̄dē q̄ sūt vł in possessione vł in ꝓfectu vł in adeptione ꝟtutis: omnē q̄cūqꝫ sit bonaꝫ in iprobitate ꝟo manentibꝰ omneꝫ pessimā esse fortunaꝫ. B. Hoc inqꝫ verū est. tāetsi nemo audeat ꝯfiteri

¶ Uide igitur. Hic philosophia ex concessis a vulgo concludit quoddam inopinabile ⁊ cōtrarium vulgo. scꝫ malam esse fortunā tantum maloꝛuꝫ. cum tamen opinetur vulgus vt plurimum malam fortunam euenire bonis. ⁊ dicit. Uide ne nos sequentes opinionem populi id est vulgi confecerimus id est concluserimus quoddam valde inopinabile apud vulgum. Quid inquam dicit Boetius et philosophia. Ex his eniꝫ que concessa sunt sm̄ opinionem vulgarem euenit ꝙ eorum que sunt in perfecta possessione virtutis vel in profectu vel in adeptione virtutis omnē fortunam esse bonam siue sit prospera siue aduersa. manentibus autē in improbitate omnem fortunam esse pessimam. Et dicit Boetius. hoc verū est sm̄ vulgares. quamuis nemo audeat confiteri sm̄ veritateꝫ. quia ī rei ueritate omnis fortuna bona est tam bonoꝝ q̄ꝫ maloꝝ. vt ꝓbasti.

¶ Notandum autem ꝙ omnis fortuna bona Uel est remunerans: vel exercens. vel corrigens. Fortuna remunerans est eorum qui sunt in possessione virtutis Fortuna vero exercens est eorum qui sunt in ꝓfectu virtutis. Fortuna corrigēs est eorum q̄ incipiūt eē virtuosi. Ex quo relin

Prosa septima

q̄ tur q̄ eoꝝ q̄ ꝑmanēt in malicia sit forma pessima. sed h̄ veꝝ est ſm opi/
nionē vulgarē ¶ Nota q̄ q̄libet forma pōt dupl'r ↄsiderari. vno mō in cō
paratiōe ad cām vniuersalē q̄ oīa regit ⁊ disponit ordinādo singula i finez
eis ↄueniētē. sic oīs fortuna bona est vt ꝓbatū est. vel pōt ↄpari fortu na
ad situz cui euenit. ⁊ sic solum illa dr̄ bona q̄ aliq̄d bonū cōfert illi cui ad
uenit. et illa mala q̄ nihil boni cōfert.

P. Quare inq̄t ita vir sapiens mo leste ferre nō debet quotiens in cer tamen fortune adducitur. Ut virū fortem nō decet indignari quotiēs increpuit bellicus tumultus. Utri q̄ em̄ huic q̄dem glorie propagāde illi vero confirmande sapientie dif ficultas ipsa materia ē. Ex quo ete/ nim virtus vocatur q̄ suis viribus nitens nō superetur aduersis. Ne/ q̄ em̄ vos in prouectu positi virtu tis. defluere delicijs et emarcescere voluptate venistis. Prelium cum omni fortuna nimis acre censeritis ne vos aut tristis opprimat. aut io cunda corrumpat. firmis medium virib⁹ occupate. Quicquid aut in/ fra subsistit. aut vltra progreditur habet ⁊ contemptum felicitatis nō habet premium laboris. In vestra enim situm manu. qualem vobis fortunam formare malitis Omnis

¶ Quare inq̄t. Hic ph̄ia facit q̄ndam ex hortatōez dicēs Ex q̄ oīs fortuna ē bona sapiēs vir non debet moleste ferre q̄tiens adducitur ī certamē fortune. i. cū fortuna vt nō decet fortē vi/ rū indignari i. turba ri q̄tiēs increpuit. i. insonuit. bellicus tu mult⁹. i. strepit⁹. naz ipsa difficl'tas bellā di ⁊ resistēdi fortune est vnicuiq̄ viro for ti et ꝟtuoso materia idē cā glie ꝓpagāde Exercitiū em̄ bellicuz ē cā glorie viro forti. Illi ꝟo. s. viro ꝟtuo/ so resistētia fortune ē materia i. cā ↄfirmā de sapie. i. ꝟtut᷒. Ex q̄. i. ex q̄ victoria talis difficultas ꝟt⁹ voca tur. dicit̄ em̄ ꝟtus eo q̄ suis viribus nitēs non superetur aduer sis. ⁊ subdit. Neq̄ em̄ vos positi in ꝓuectu idest in via virtutis venistis in mundum diffluere delicijs ⁊ emarcescere voluptate prelīū ni mis acre. censeritis idest iudicabitis fieri cum omni fortuna. Ne tristes fortuna vos opprimat ejiciendo in desꝑatōez aut iocunda corrumpit alli

ciēdo ad voluptatē occupare. i. tenete ergo mediū virtutis firmis virib⁹. q2 qcqd infra subsistit a medio ꝟtutꝫ deficiendo aut vltra ꝑgredit͛ medium ꝟtutꝫ excedēdo illud hꝫ ꝯtēptū felicitatis. i. ꝟtutis. et non hꝫ p̄miū laboris. ⁊ in vestra manu. i. ptāte sitū ē. qualē ꝟtutē vobis malitis. i. magis velitis formare. s. bonā vel malā. Oīs em̄ fortuna q̄ videt͛ aspa aut exercet bonos ⁊ pūit malos. ⁊ sic bona ē.

enim que videtur aspera: nisi aut exercet: aut corrigit punit.

Metrū septimū quarti libri.

Bella bis quinis operat⁹ annis
Vltor atrides, frigie ruinis
Fratris amissos thalamos piauit
Ille dum graie dare vela classi

¶ Notādū ꝙ phia hortat͛ sapientem ad magnanimitatē cuꝫ dt. Sapiens nō debet moleste ferre fortunā. Nā sm Arest. in ethicis. Sapiēs bn̄ scit ferre fortūas. q2 hꝫ se sine vitupio sic tetragonū. Corpus em̄ tetragonū q̊cūqꝫ ꝓijcit͛ firmiter stat ⁊ magnanim⁹ ē q̄ ꝫ diffor/mes insult⁹ fortune vnanimi mētis ꝯstantia militat. ¶ Notādū ꝙ ꝟtus ꝯsistit in medio inter duo vitia extrema ad q̊ꝝ vnū impellit ꝓspa fortuna ad aliō aduersa. vbi grā. Aduersitas ipellit ad despationē ⁊ timiditatē. ꝓ/speritas aūt ad p̄sumptionē ⁊ audaciā. inter q̄ ꝯsistit mediū virtutꝫ. cui⁹ excessus vl' defect⁹ ē vitiosus. ⁊ h̄ innuit phia in lr̄a. ¶ Nota ꝙ i ptāte hominis est facere fortunā sibi qualē vult. scꝫ bonā vl' malā. qd̄ dclarat philosophia in aduersa fortūa. q2 si eā accipim⁹ bono aīo ꝓ exercitio ⁊ correctione ipsa est bona. Si aūt eā toleram⁹ malo aīo etiā ꝓ pena ip̄a mala ē

Metrū septimū quarti libri.

Bella bis q̄nis. Hic incipit q̄ntū ⁊ vltimū metrū hui⁹ q̄rti. qd̄ dr̄ saphicū ab inuētore. trochaicū a pede ꝺn̄ante i q̄ phia cōfirmat suā exhortatōēꝫ exēplo viroꝝ fortiū q̄ spretꝫ voluptatib⁹ magnos subierūt labores spe laudis ⁊ glie. ⁊ p̄io ponit plura exēpla. scd̄o hortat͛ nos ad imitatōēꝫ eoꝝ. ibi. Ite nunc fortes. Prima ps posset diuidi in tot ptes q̊t exēpla ponit q̄ patebūt. Primū exēplū ē tale. Paris fili⁹ ꝑami regꝫ troyanoꝝ in greciā ꝓfect⁹ rapuit vxorē helenā Menelai ⁊ duxit eā in frigiā regionē Menelaus āt ꝯq̄st⁹ fratri suo agamēnoni hoc factū. Menelaon cōuocatis principib⁹ grecoꝝ. trāffretauit in frigiā ⁊ obsedit troyā decē annis. q̄ tādē destruxit. ⁊ maiorib⁹ interfectis ppl'm captiuauit. Cū aūt agamēnō ꝓficisceret͛ versus troyā deuenit in q̄ndā insulā. vbi fact⁹ ē ei vēt⁹ cōtrari⁹ ⁊ req̄siuit vates qd̄ esset faciēdū. q̄ dixerūt ꝙ non haberet ventū prosperū nisi placaret dianam sacrificando ei suam filiā. Cui licet hoc videret͛ durū ꝓpter pietatē paternā. tamē suadente vlixe spe laudis et glorie sue victoria obtinenda. consensit vt eam imolaret. quo facto obti

Metrum septimum

nuit ventum prosperum ad voluntatem. dicit ergo in littera. Atrides .i. agamenon atride filius existens. vltor operatus bella bis quinis .id est decez annis. piauit .i. purgauit vlciscēdo amissos thalamos .i. vxorem contentā in thalamo fratris Menelai ruinis id est destructiōnib9 frigie id ē troye q̄ sita fuit in frigia. dum ille agamennon optat dare id est exponere vela graie classi id ē naui grecali. tūc redemit vētos cruore filie sue ipse exiuit id est deposuit partē .i. pietatez paternaz. et sacerdos tristis existēs federat i federe sacrificat. miserū iugulū .i. colluz vel guttur. nate id ē filie agamēnonis. fm eū Huguitionē iugulū idez est quod guttur vel gutturis incisio.

Optata ventos redemit cruore
Exuit patrem miserumque tristis
Federat nate iugulum sacerdos
Fleuit amissos ithacus sodales
Quos ferus vasto recubās i antro
Mersit imani poliphemus aluo
Sed tamen ceco furibundus ore
Gaudiū mestis lachrymis repēdit
Herculem duri celebrant labores
Ille centhauros domuit supbos

¶ Fleuit amissos ithac9 sodales. Hic philosophia pōit secundum exemplum in quo declarat fortia acta ipsius Ulixis. intendens talem fabulam. Ulixes rediens de bello troyano. decem annis errauit in mari sustinens multa aduersa. tandem casualiter venit ad antrum poliphemi qui erat maximus gigas habens vnicum oculum in fronte. qui socios Ulixis occidit et vorauit. super quo Ulixes contristatus sustinuit vsque predictus gigas cibo repletus obdormiret. quo dormiente oculum quem in fronte habuit eruit. qui euigilans furibundus quesiuit vlixem sed excecatus eum inuenire non potuit. Dicit ergo in littera. Ithacus id est vlixes ab ithaca regione. vel ab auo suo ithaco sic dictus. ille fleuit. id est defleuit amissos sodales quos ferus Poliphemus recubans id est morans in vasto antro id est magno. mersit immani aluo. id est magno ventre. sed tamen Ulixes furibundus rependit id est restituit. gaudium mestis lachrymis id est. suis tristicijs ore id est facie poliphemo ceco id ē excecato.

¶ Herculē duri celebrant labores. Hic ponit aliud exemplum in quo describit acta herculis et labores eius quibus fingitur meruisse celuz dicens. Duri labores assumpti celebrant id est celebrem reddūt herculem. Cuius ponit primū laborem. scilicet donationem centhaurorum dicens Iste hercules domuit centauros supbos qui eum contempserunt

¶ Ubi notandũ ꝙ cẽthauri monstra q̃dã dicta sunt ex medietate hoiẽs. ꝛ ex medietate thauri q̊s poete fingũt genitos ex semine Ixionis. qd ꝓiecit in nubẽ q̃ Juno circũdederat se fugiẽs a facie ei⁹ volẽtis cũ ea ꝯburere: hos centhauros hercules domuit. Cũ eñ ꝯuenissent ad ludũ palestine ĩ monte foloꝛ Hercules ꝯgressus cũ eis ipos vsq; ad effusionẽ sanguis ꝓstrauit.

Abstulit seuo spolium leoni
Fixit ꝛ certis volucres sagittis
Poma cernenti rapuit draconi
Aureo leua grauioꝛ metallo
Cerberũ traxit triplici catena
Victoꝛ immitem posuisse fertur
Pabulũ seuis dñm quadrigis
Hydra cõbusto petiit veneno

¶ Abstulit seuo spoliũ. Hic ponit scdm laborẽ hercul' dicẽs. Hercules abstulit spoliũ. i. pellẽ seuo leoni. ¶ Ubi notãdũ ꝙ in silua Nemica fuit q̃daꝫ leo crudelissimus q̃ hoĩes totius regiõis ĩuasit. quem aggressus Hercules ꝓ liberatiõe patrie ipsum ĩteremit. et excorians ipm pellẽ ꝓ spolio abstulit. ¶ Fixit ꝛ cert; volucres sagitt;. Hic ponit tertiũ laborẽ. dicẽs. Hercules fixit volucres. i. arpias certis sagittis. ¶ Ubi notandũ ꝙ rex Fini⁹ filios suos excecauit q̃ nouercã suaꝫ de stupro accusauerãt ꝓpter q̊d inuidia deoꝝ ipe est excecat⁹. ꝛ apposite sunt ei arpie. i. volucres virg ĩ ei vult⁹ rapiẽtes cibũ de mẽsa ei⁹ q̃s hercules sagittis suis fixit ꝛ fugauit. ¶ Poma cernẽti rapuit draconi. Hic tangit quartũ laborẽ dicẽs. Hercules rapuit poma draconi cernẽti. i. custodienti illa rapuit aureo metallo. i. cũ claua aurea. hercules in q̃ factus g̃uioꝛ. i. fortioꝛ leua. i. manu. ¶ Ubi notandũ ꝙ septẽ fuerũt filie athlantis hñtes ortũ aureũ cũ pomis aureis q̃ draco custodiebat. hercules aũt supuenies draconi poma aurea abstulit. ¶ Cerbeꝝ traxit triplici cathena. hic ponit q̊ntũ laborẽ dicẽs. hercules cerbeꝝ. i. canẽ infernalẽ traxit ab ĩferis triplici cathena. ¶ Ubi notãdũ ꝙ pyrritane⁹ volẽs sibi despõsare reginã inferni. herculẽ ꝛ theseũ ꝛ alios viros fortes assũpsit. q̃bꝫ venientibꝫ ad ĩfernũ cerber⁹ ianitoꝛ ĩferni ipsos latratu suo ĩpediuit. hercules aũt ipm tribꝫ catenis vinxit. vel f'm alios ipm traxit de inferno triplici catena. qꝛ dr habere tria capita canina triplici catena vincta. ¶ Victoꝛ imitẽ. hic põit sextũ laborẽ dicẽs. Victoꝛ. i. hercules fert' posuisse imitẽ dñm. s. diomedẽ ĩ pabulũ seuis q̃drig;. i. eq̊s q̃drigã trahẽtibꝫ. Ubi notãdũ ꝙ diomedes fuit rex Tracie q̃ eq̊s suos pauit hũana carne quẽ hercules interfectũ dedit suis ꝓpriis eq̊s deuorandũ. ¶ Hydra cõbusto p̃iit. hic ponit septimũ laborẽ di. hydra. i. serpẽs p̃iit cõbusto veneno suo. ¶ Ubi notãdũ ꝙ in lerna palude fuit q̃dã s'pẽs hñs plã capita q̊ꝝ vno p̃ciso succrescebant tria.

quem hercules aggressus sagittãdo cum non videret se pficere collecta congerie lignoꝝ ipm combussit.

¶ Fronte turbat⁹. Hic ponit octauũ laborẽ herculis. Ubi sciẽdum ꝙ cũ hercules vellet deducere filiã cuiusdã regꝭ q̃ dicebat̃ deiamira fluuius achelo⁹ quẽ debebat trãsire mutauit se ĩ diuersas formas pugñdo ꝯ her

Metrum septimum

Fronte turbatus achelous amnis
Ora demersit pudibunda ripis
Strauit antheum libicis harenis
Cacus euandri satiauit iras
Quosqꝫ pressur⁹ foret altus orbis
Setiger spumis humeros notauit
Ultimus celum labor irreflexo
Sustulit collo, p̃ciumqꝫ rursus

culẽ. cũ aũt vltio mutasset se ĩ spẽm thauri Hercules ipo deiecto abstulit sibi vnũ cornu. qđ sacrificauit copie. i. dee fortune, ꝓpter qđ achelous verecundia ꝯfusus fugit ⁊ in aq̃s latuit Uñ dr̃ i lr̃a. achelo⁹ amnis. i. ille fluuius fronte turbat⁹ ꝓpter ablatiõeꝫ cornu. ipse demersit in ripis ora pudibũda. qꝛ latuit p̃ pudore ĩ ripis.

¶ Strauit antheũ libicis arenis. Hic ponit nonũ laborẽ dicẽs. Hercules strauit. i. occidit antheũ illũ gigantẽ arenis libicꝭ. i. arenis libie regionis. ¶ Ubi notãduꝫ ꝙ anthe⁹ erat gigas de terra ꝓgenit⁹ cui⁹ erat talis vt⁹. ꝙ si aliqñ ex fatigatõe debilitaretur tactu terre statiꝫ recupabat vires. Qui cũ exerceret magnã tyrãnidẽ in libia aduenit hercules. ⁊ ꝯgressus cũ eo diu sit̃ luctabant̃.. Cũ aũt anthe⁹ sentiret se debilitari spõte cecidit in terrã ⁊ sic resũpsit vires. qđ hercules ꝯgnoscẽs ipm a terra eleuauit ⁊ supra pect⁹ suũ tenẽdo opp̃ssit q̃usqꝫ spũꝫ exalaret. ¶ Cac⁹ euãdri satiauit iras. Hic ponit decimũ laboreꝫ ei⁹. Ubi notãdũ ꝙ cac⁹ fuit mõstꝝ euomẽs ignẽ ꝑ os. cui⁹ pr̃ fuit Fulcanus. manebat aũt Cac⁹ in mõte auẽtino spoliãs ⁊ occidẽs hoĩes ⁊ furto plurimũ ĩsistẽs. Cũ aũt hercules veniret de hispania ducẽs secũ multos boues. Cac⁹ q̃sdã boues herculis furabat̃. ⁊ traxit eos ĩ antrũ suũ retrorsum ꝑ caudas ne furtũ pateret. Cũ aũt hercules q̃reret boues ꝑ mugituꝫ vni⁹ bouis ꝑuenit ad antrũ caci. q̊ extracto ipm interfecit cui⁹ morte placata est ira euandri quẽ idẽ cac⁹ multũ offenderat. vñ dr̃. Cac⁹ supple morte sua quã passus ẽ ab hercule. satiauit. i. ꝯpescuit iras euãdri quẽ cac⁹ multũ offenderat. ¶ Quosqꝫ p̃ssur⁹. Hic ponit vndecimũ laborẽ herculis Ubi notãdũ ꝙ ĩ archadia erat q̃dã aper deuastãs totã regionẽ. quẽ cum hercules agitaret aper sibi insultans hũeros herculis spuma maculauit. quẽ aprũ tandẽ interfecit. Uñ dr̃ Setiger. i. ap ꝑ gerẽs setas. notauit. i. maculauit hũeros herculis. s. spuma vl̃ saliua. q̊s humeros alt⁹ orbis foret. i. erat pressur⁹. qꝛ vt statim patebit. hercules hũeris suis celũ sustulit

¶ Ultim⁹ celũ. Hic ponit duodecimũ ⁊ vltimũ laborẽ ei⁹. Ubi nota ꝙ athlas fingit̾ fuisse q̃dã gigas supportans celũ hũeris suis. hic fatigatus rogauit herculẽ vt celũ supportaret quousq; ipse respiraret. qđ ⁊ hercules fecit. ⁊ ꝑ hoc celũ meruit. Uñ đt. Ulti⁹ labor hercul̾ fuit ꝙ sustulit. i. supportauit celũ collo irreflexo. i. inclinato. ⁊ rursus meruit celũ tãq̃ p̄ciũ vltimi sui laboris

¶ Jte nũc fortes vbi celsa magni. Hic hortat̾ p̄hia ad imitationẽ p̄dictoꝝ fortiũ viroꝝ dicẽs. Jte nũc fortes resistẽtes aduersitatib;. ite illuc vbi ducit via celsa. id ẽ ardua magni herculis que est via virtutũ ⁊ via magni exẽpli ad aggrediendũ fortia. ⁊ tũc inuehitur ꝯ̄ tardos ⁊ vitiosos dicens. Cur uos inertes. i. hoĩes sine arte sicut hoĩes desidiosi. cur nudatis terga. i. dorsa v̄ra fugiendo labores ⁊ aduersa nã tell⁹. i. terrena ꝯcupia supata donat hoĩ sidera. i. celũ. q2 supata terrena ꝯcupia efficit̾ hõ dign⁹ celo qđ ẽ loc⁹ deoꝝ ⁊ spirituũ. nã ꝺm Aristo. p̄ıo celi ⁊ mũdi. Oẽs eũ locũ q̃ sursum est deo attribuunt ⁊ barbari ⁊ greci q̃cũq; putãt deos esse. de quo loco đt plato in phedrone Uiri speculatiui viuẽtes ꝺm vitã ꝯtẽplatiuã. celestes sedes recipiũt. in q̃b; felicitate deoꝝ potiunt̾. q̃ felicitate nos faciat ꝑnceps iesus xp̄s. q̃ ẽ de⁹ sup oĩa b̄ndict⁹ in secula seculorum Amen.

Ultimi celum meruit laboris
Jte nunc fortes vbi celsa magni
Ducit exempla via. cur inertes
Terga nudatis. superata tellus
Sidera donat.

Finit liber quartus

Jncipit liber quintus.

Prosa prima

Jrerat orationisq; cursum ad alia quedã tractanda et

Explicit liber quartus.

Jncipit quintus.

Jrerat orõnisq; cursũ. hic incipit q̃ntus liber Boetij de consolatiõe p̄hie. cui⁹ hec ẽ prima. p̄sa in q̃ p̄hia vult soluere q̃dã dubia suã determiatiõnẽ cõseq̃ntia de fato ⁊ p̄uidẽtia. Uidet̾ eñ ex dictis ꝙ casus nõ sit. quia si oĩa sunt p̄uisa ita ꝙ nihil eueniat p̄ter ordinez p̄uidẽtie diuine. videtur ꝙ nihil casualiter eueniat. q2 casus iportat euentum iopinatũ. ¶ Jtẽ videt̾ ex dictis ꝙ liberum arbitriuz ñ sit. q2 oĩa disponuntur ꝺm ordinẽ fatal̾ necessitatis. libeꝝ autẽ arbitriuz necessitatẽ excludit. videt̾ g̃ si ponit̾ p̄uidẽtia ⁊ fatum ꝙ oĩno excludatur libeꝝ arbitrium. P̄hia g̃ in p̄nti libro inq̄rit vtꝝ casus sit. ⁊ q̃d sit ⁊ inq̄rit vtꝝ liberuz arbitriũ sit ponendo argumenta. q̃b; liberum arbitrium cuz p̄uidẽtia diuina ñ

videtur posse stare. post h̄ ponit falsam solutionē q̃rundā q̄m iprobat. ⁊ ponit ꝓpriā q̄m rōnibꝫ confirmat ⁊ de eternitate determinat. ⁊ alia plura sic patebit. Et diuiditur iste liber in vndecim ꝑtes. q꞉ sex sunt ꝓse ⁊ q̇nqꝫ metra ei⁹. q̄ ꝑtes ⁊ q̄ in ipsis determinantur patebunt i ꝓcessu libri. Jn ṗma ꝓsa determinat de casu. ⁊ p̄rio Boeti⁹ tāgit acta phie cōmēdans eius exhortationē factā. et mouet q̄stionē de casu. Scd̄o phia excusat se ab ei⁹ determinatōe ⁊ Boeti⁹ illā excusationē remouet Tertio phia determinat de casu. secunda ibi. Tum illa festino Tertia ibi. Tum illa morē. Primo dicit phia dixerat hec p̄dicta. ⁊ ꝓtebat cursum ōratōnis .i. sermonis ad tractāda q̄dā alia atqꝫ expedienda.

expedienda vertebat. B. Tum ego Recta q̄dē inquā exhortatio tuaqꝫ prorsus autoritate dignissima. Sz ꝙ tu dudum de prouidentia questionem pluribus alijs implicitā esse dixisti, re experior. Quero eniz an esse aliquid omnino, et quid nā esse casum arbitrere. P. Tum illa. Festino inquit debitum promissionis absoluere viamqꝫ tibi qua pa/

Tunc ego Boetius inquam. O philosophia recta est tua exhortatio facta. ⁊ prorsus est dignissima autoritate. Sed ꝙ tu dudum dixisti sexta ꝓsa quarti libri questionem de prouidentia implicitam. idest implicatam esse pluribus alijs. s. questionibus ego experior te .i. realiter Quero em̄ an arbitreris casum oīno aliq̇d esse supple in rex̄ natura. ⁊ q̇dnā arbitreris eē casum supple in rex̄ natura

¶ Notandum per hoc ꝙ dicit Boetius dixerat innuit philosophiam iam expediuisse que ad sui speculationem spectabant. et ita determinasse principalem huius libri intentionem. ⁊ philosophia vertebat cursum orationis id est orationem currentem. quia oratio philosophie non impediebatur ignnorantia docentis n̄ec tarditate dicentis. hanc orationem vertebat ad quedam alia tractanda. Que autem fuerunt illa Boetius non exprimit. quia forsitan sua opinione minus erant desiderāda. vel forsan q̄ntum ad propositum extranea.

¶ Notandum ꝙ d̄t exhortationē phie fuisse rectā. q꞉ phia hortabatur ad virtutes ⁊ ad contemptum fortuitorum. Talis autem exhortatio que fit ad bonum prosequendum ⁊ malum fugiendum recta est Et dicit exhortationem philosophie esse dignissimā autoritate. q꞉ qd̄ a sapientibus d꞉ autoritate sapiētis dignū reputatur. ¶ Tum illa festino inq̇t. hic phia excusat se de huius opiniōis vel q̄stiōis determiatōe. ⁊ boe. illā excu

triā reuebaris aperire. Hec aūt et si
putilia cognitu. tñ a ꝓpositi nr̄i tra
mite paulisp̄ auersa sūt. Uerendūq̨
est ne deuijs fatigat⁹ ad emetienduz
rectū iter sufficere nō possis. B. Ne
id inq̄ ꝑsus vereare. Nā quietis
nihil loco fuerit ea q̄b⁹ maxie delec/
tor agnoscere. simul cū oīe dispu/
tatōis tue latus indubitata fide cō
stiterit. nihil de seq̄ntib⁹ ambigatur
P. Tū illa. Morem inq̄t gerā tibi
simulq̨ sic exorsa est. Siquidē inq̄t
aliq̄s euētū temerario motu nulla/
q̨ causaꝝ ɔnexiōe productū casuz
esse definiat: nihil omino casū eē cō
firmo. ꝓpter subiecte rei significatio
nē inanez ꝑsus vocem esse decerno

sationē remouet dicēs Phia inq̄t ego festino absoluere. i. ꝑficere debitū p
missiōis ⁊ apire tibi viā q̄ reuebaris ad p̄riaz. Hec aūt q̄ tu q̄ris de casu. et
si. p ꝗbuis sūt putilia cognitu. i. ɔgnitiōe. tñ paulisp̄ auersa sūt a tramite. i.
via nr̄i ꝓpositi ⁊ dt paulisp̄ qr nō sunt totał̄r auersa. s; aliq̄ntulū elucidant
p̄missa. ⁊ ē verendū. i. timendū ne tu fatigat⁹ deuijs. i. q̄stionib⁹ extraneis
nō possis sufficere ad
emetiendū. i. trāseun
dū rectū iter. dt boe.
O phia ne illd vere
are. i. non timeas. qr
h̄ fuit mihi loco q̄ets
agnscere ea q̄b⁹ maxie
delector. ⁊ cū oē lat⁹
id ē circumstātia tue
disputatōis mihi cō
stiterit fide indubita
ta nihil est q̄d ambi
gat̄ de seq̄ntib⁹

¶ Notādum ꝙ dicit
q̄ via reuebar; p̄riaz
hic patriā vocat bti/
tudinē. quā pri⁹ inue
nire docuit. Illa aūt
p q̄ hō puenit ad ip/
sam sunt ꝟtutes. de
quib⁹ boeti⁹ intende
bat agere nō i hoc li
bro s; i vltimis libris
musice sue agēdo de
musica hūana. intē/
tionē aūt suā non cō
pleuit qr a rege theo orico morte p̄uent⁹ fuit. ¶ Tū illa morem inquit.
Hic phia determīat de casu soluēdo p̄missas cās ⁊ q̄stiōes. ¶ Prio sol⁹
uit primā an casus sit. secūdo secūdā q̄d sit casus. ibi. licz igitur. Primo
ostendit q̄d significet̄ p nomen casus. ponēdo opinionē q̄rundā. Secun
do improbat illā opinionē ibi. Quis em̄. Primo dicit. O boeti ego gerā
tibi morē. i. cōfirmabo me volūtati tue. ⁊ sił sic ē exorsa. sic incepit. si aliq̄s
definiat q̄ ad nomen dicēs casum esse euentum ꝓductū motu temerario.
id est improuiso. ⁊ nulla connexione causaꝝ. Ego phia affirmo casuz sic
omnino nihil est. ⁊ decerno. i. iudico vocem casus prosus esse inanem. p
ter significationem rei subiecte. sicut hec vox chimera inanis est

Prosa prima

Quis eñ (coercente ĩ ordinē cūcta deo) loc⁹ esse vllus temeritati reliqu⁹ potest; Nā nihil ex nihilo existere vera snīa est. Cui nemo vnq̄ʒ veterꝝ refragatus est, quāq̄ʒ id illi non de opante principio, sʒ de materia, li subiecto (hoc est oīm de natura rationū) quasi quoddā iecerint fundamentū. At si nullis ex causis aliq̄d oriat᷑, id de nihilo ortū esse videt᷑. q̄ si hoc fieri neq̄t nec casū q̄dez hmōi esse possibile est qualē pauloañ diffinuim⁹ B. Quid igit᷑ inq̄ʒ. Nihil ne est qd̄ vł casus: vel fortuitū iure appellari q̄at. An ē aliq̄d (tāetsi vulg⁹ lateat) cui vocabula ista ꝯueniant.

¶ Notandū q̄ q̄ʒuis q̄stio si est p̄cedit q̄stiōez q̄d ē. fm q̄ q̄stio q̄d ē q̄rit de q̄dditate rei. q̄r q̄d est rei nulli debet᷑ nisi enti. tñ q̄stio q̄d est q̄rens de q̄ q̄d ē nois est prima cognitio. ꝛ iō ex quo q̄d ē nois. oportet scire de aliq̄ si ē. ꝓpter hoc p̄hia ad querendū de casu vtꝝ sit vel nō accipit qd̄ q̄d est q̄ significat᷑ g nomē. ꝛ dt. Si aliq̄ dicūt casuz esse euētū temerariū sine oī cā pductum ego video vocē casus esse inanē tanq̄ʒ sibi nihil correspōdeat in re

¶ Quis eñ coercente. Hic p̄hia improbat opinionē istā oñdens casum nihil esse fm eam. scd̄o soluit q̄stionē fm rei veritatē. ibi. Aristoteles meus. Prio pōit vnā rōnez. scd̄o aliā. ibi. Nā nihil Antiq̄ dicebant q̄ casus est euēt⁹ temerari⁹. i. improuisus. Contra h̄ arguit p̄hia sic Vbicunq̄ʒ oīa sunt ꝓuisa ibi nihil ē temerariū sed oīa q̄ sunt ꝓuisa sūt a deo. g̊ inter ea q̄ sunt nihil est temerariū. Hāc rōez breuiter innuit ī lr̄a di. Quis eñ loc⁹ vllus pōt esse reliqu⁹. i. relict⁹. temeritati. i. īprouisiōi. deo coercēte cūcta ī ordinē. s. ꝓuisū. q̄i dicat null⁹. ¶ Notādū q̄ oīa a deo sūt ꝓuisa. cui⁹ rō est. Quorūcūq̄ʒ de⁹ ē cā oīa talia ꝓuisa sunt a deo. sed de⁹ ē cā oīs entis. g̊ oīa entia a deo sunt ꝓuisa. q̄ aūt de⁹ sit cā oīs entis. patʒ. q̄r ab ipso dependet celum ꝛ tota natura. vt patʒ xij. metaphisice

¶ Nā nihil ex nihilo existere. Hic ponit aliā rōnez ꝓbantē q̄ casus nō pōt esse sine oī cā pduct⁹ sicut dicebant antiq̄ ꝛ arguit sic. Qd̄ ē ex nihilo nihil ē. sed quod est ex nulla causa ex nihilo est. ergo q̄d ex nulla causa est nihil est. Sed fm antiquos casus est ex nulla causa q̄r ē pduct⁹ sine omī connexione causaꝝ. g̊ casus nihil est. Vñ dicit in lr̄a. Vera snīa ē cui nemo vnq̄ʒ veterē refragat⁹ ē. i. ꝯdixit. s. ex nihilo nihil existere. q̄ʒq̄ʒ illi antiqui illam ꝓpositionem ex nihilo nihil existere iecerint. i. posuerint q̄i aſſ

q̊ddā fundamentū nō de opante principio.s.de deo creatore.qꝛ ille ex nihilo aliqd fecit.sed intellexerūt hoc de materiali subiecto.i.de tota natura fundata in materia.ꝛ exponit seipm di. Hoc ē de natura oīm rationuꝫ idē de materia q̄ est subiectū formaꝝ naturaliū Sed si aliquid oriatur ex nullis causis id videtur esse ortum ex nihilo.sed hoc fieri neq̄t vt aliquid oriat̄ ex nihilo g̊ nō est possibile casuꝫ eē h⁹modi i. talē q̄lem pauloante diffiniui/m⁹ fm antiq̊s ꝙ sit euent⁹ temerari⁹ sine cōnexiōe cāꝝ. Quid g̊ dicēdū est de casu q̄rit boe. Est ne nihil in reꝝ natura q̊d iure q̄at.i.possit appellari casus vel fortuitū vel ē aliqd.tāet si ꝑ cq̄uis lateat vulgus cui ista vocabula ꝯueniāt. ¶ Notandū ꝙ h⁹ ꝓpō ex nihilo nihil existere.vera ē in cōꝑatiōe ad cāꝫ ꝑticulareꝫ que in sua actiōe p̄supponit materiā.tm̄ in cōꝑatione ad cām vl̄eꝫ que est cā totius entis nō ē vera. vnde dicim⁹ deū oīa creasse ex nihilo.ꝛ fide tenem⁹.sed antiq̊ ꝺ isto modo ꝓductiōis ꝑ creationē nō loquebant̄.sed primo mō. Vn̄ Aristoteles prio phisicorum. Impossibile ē aliqd fieri ex bis q̄ nō sunt.de hac eni͂ opinione ꝯueniūt oēs q̄ de natura sunt.

P. Aristoteles me⁹ id inq̄t in phisicis ꝛ breui.ꝛ veri ꝓpinqua rōe deffiniuit B. Quonā inq̄ꝫ mō P. Quotiens ait aliqd cuiuspiā rei gr̄a gerit̄ aliudq̄ꝫ q̊busdā de causis q̄ꝫ qđ intendebat̄ obtingit casus vocat̄. Ut si q̊s colendi agri causa fodiens humū.defossum auri pōdus inueniat Hoc igitur fortuito credit̄ accidisse verū nō de nihilo est. Nā proprias cās hꝫ quaꝝ iprouisus iopinatusq̄ꝫ ꝯcursus casū videt̄ opat⁹. Nam nisi cultor agri humū foderet.nisi eo loci pecuniā suā depositor obruisset: aurum nō esset inuentum. He sunt

¶ Aristoteles me⁹ id inq̄t in phisicis. Hic phīa soluit q̄stionē ꝺ casu Et prio ostēdit eā esse solutā ab aristotele.ꝛ oñdit modū ei⁹.scđo ꝺclarat ꝙ licet casus nō habeat cās ꝑ se.hꝫ tm̄ cās ꝑ accn̄s.ibi. He sunt igit̄. Primo ꝺr. Aristoteles me⁹.i.doctrina mea nutrit⁹ ꝛ dedit⁹ diffiniuit casū in phisic.i.i.ij.phisicoꝝ breui rōne.i.ꝓpinq̄ veri.ꝛ ꝟitati.ꝛ q̄rit Boe. Quonā inquā mō ꝺr phīa. Quotiēs aliqd gerit̄.i.fit.gr̄a cuiuspiā rei.i.alicuius rei.ꝛ aliud obtingit q̊busdā de causis q̄ꝫ q̊d intēdebat̄ illud vocat̄ casus.vt si aliq̊s cā colēdi agri fodiēs humū iueniat pōd⁹ auri defossū.hec inuētio auri credit̄ fortuitu.i.a casu accidisse.veꝝ ꝑ sed.tal̄ euēt⁹ casualis

nō ē de nihilo. i de nulla cā sicut dicebat diffinitio antiq̄ꝝ. nā euēt⁹ casu/alis hʒ ꝓprias cās. qꝝ ꝯcursus iopinat⁹ ⁊ iprouisus supple ab eo q̄ aliq̄d fecit cā alteri⁹ rei. videt̄ opat⁹ eē casuʒ. nisi eī cultor agri foderet humum q̄ sup. fossio ē vna cā iuētiōis auri. ⁊ nisi eo loci. i. loco depositor obruisset .i. abscōdisset pecuniā suā q̄ ē alia cā iuētōis auri. auꝝ nō eēt inuētū

igit̄ fortuiti cause ꝯpēdij. qḋ ex obuiis sibi ⁊ ꝯfluentib⁹ causis nō ex gerentis intentōe ꝓuenit. Neqꝫ eñ vł q̄ auꝝ obruit. vł q̄ agꝝ exercuit vt ea pecunia repiret̄ intendit. sʒ (vti dixi) quo ille obruit. nūc fodisse cōuenit atꝫ ꝯcurrit. Licet igitur definire casū esse inopinatū vt ex ꝯfluentib⁹ causis in his que ob aliquid gerūtur euentum. Concurrere vero atqꝫ confluere causas, facit ordo ille ineuitabili cōnexione procedens. q̄ de prouidentia fōte descendēs cuncta suis locis tēporibusqꝫ disponit.

Notādū qꝫ casus ſm Aristo. est qñ aliq̄d fit ꝓpter aliquē finē vt fossio agri ꝓpter seminationē si aliq̄d aliō euēit ex q̄busdaʒ cau⁹ ꝑter h̄ q̄d intēdebat̄ hoc est casus: vt iuētio thesauri casualis est q̄ nō itēdebatur a fossore agri. Ex q̄ ptʒ qꝫ inuentio thesauri est casualis nō ideo qꝫ nō ē ꝓuisa a deo. sʒ qꝛ nō ē ꝓuisa ab homie. ⁊ ita casus nihil ē q̄ ad deū sed est aliq̄d q̄ ad hominē ꝑter cui⁹ itētionē ⁊ ꝓuisionē euenit.

¶ De sunt igit̄. Hic oñdit phia qꝫ licʒ casus hēat cās nō tñ habeat cās p se. sed p accñs. di. He igit̄ sūt cāe fortuiti cōpēdij. i. fortuiti euēt⁹ q̄d fortuitū ꝯpēdiū ꝓuenit ex cau⁹ obuijs ⁊ ꝯfluētibꝫ. ñ ex intētione gerētꝫ. ñ eñ ille q̄ auꝝ obruit vł q̄ auꝝ exercuit. i. fodit itēdit vt ea pecūia repiret̄. sʒ vt dixi ꝑter gerētꝫ itētōeʒ euēit hūc fodere q̄ ille obruit pecuniā. ⁊ ꝯcurrit sup. iuētio pecūie. ¶ Notādū qꝫ cā efficiēs ñ agit nisi moueat̄ a fine. finis āt ñ mouet nisi ſm qꝫ ē in itētiōe ⁊ iō respectu illi⁹ effect⁹ q̄ ē i intētiōe agēs est cā p se. sʒ si aliq̄d ꝯtigat i actiōe ꝑter intētōeʒ agētꝫ illi⁹ agēs ē cā p accñs. ⁊ sic casus qꝛ ꝯtigit ꝑter itētōʒ agētꝫ ñ hʒ cām agētē p se sʒ p accñs. ¶ Lʒ igit̄ diffinire. h̄ phia soluit ſcḋam q̄ōneʒ. oñdēdo q̄d sit casus. ꝯcludit ḡ diffinitōeʒ ei⁹ ex iā dictis di. Lʒ igit̄ diffinire casū eē euētū inopiatuʒ ex cau⁹ ꝯfluētibꝫ i his q̄ gerūt̄ ob aliq̄d aliō. Tūc oñdit quō effect⁹ casualis cadit sub ordie ꝓuidētie. dictū ē eñ qꝫ casus ꝓuenit ex causis ꝯfluentibꝫ. qꝫ aūt cāe ꝯfluāt h̄ ꝓuenit ex ordie ꝓuidētie. vñ dr. Cās ṽo ꝯcurrere ⁊ confluere facit iste ordo supple fatalis ꝓcedēs ieuitabili ꝯnexiōe. s. cāꝝ. q̄ descendens supple ordo de fonte ꝓuidētie cūcta dispōit suis tpibꝫ ⁊ locis.

¶ Notandū qꝫ diffinitio casus ē bona. qꝛ p eā casus distinguit̄ ab alijs

p hoc qd dr casus est euet⁹ inopinat⁹. excludit effect⁹ necessario eueniens: vel vt freqnter sicut solē oriri vel hoiem nasci cū qnqz digitis in vna manu. Talia em nō eueniunt casualr et inopinate. p hoc qd dr ex pfluentib9 causis excludit casus prio modo dict⁹ qui fm antiquos ponebat produci ex nulla pnexiōe cāp. Per h autē qd dr in his q gerunt ob aliqd aliud p hoc excludit a casu casualitas p se. casus em et fortuna sunt cause p accidens. et fiūt preter intentionē agentis

Metp primū. v. li. Upis achemenie scopulis. Istud ē primū metrū illi⁹ qnti qd dr elegiacum. Et primum metp ē dactilicū exametrū: scdm est trochaicum pētametrū vl dactilicū penthametp in q phia oñdit quō euētus casualis se hz ad puidentiā diuinam est aūt materia exempli qz tigris et eufrates sunt duo fluuij ab eodez fonte pcedentes. q postea ab inuicē diuidunt et si itep pcurrāt necesse ē naues et alia q p ista flumina deferunt pcurrere. q qdē pcursus puenit incōgtū regunt decursu istorū fluuiop. et tñ ē pter intentionē istop q regūt naues. eodē mō pcursus cāp casual qūuis sit pter itētōez ipop agētiū. tñ pcurrūt fm defluxū ordis fatal ex regimie diuie puidētie. et qūuis nobis igratib9 ordinē diuie puidētie videat aliqd casuale et fortuitū. tñ in pparatiōe ad deū oia sūt ordiata et puisa vñ dr in lra. Tigris et eufrates resoluūt se vno fonte scopulis. i. ex pcauitatib9 rupis achemēie i mōtis pthie. vbi. s. i pthia fugax pug ūsa spicula. i. sagittas figit p ectorib9 sequentum. est enim consuetudo parthorum qz fugiendo pugnāt sagittādo a tergo p insequentes. et mox. i paruū post spaciū tigris et eufrates dissociant abiūctis aqs supple altis. et si dicti fluuij itep coeāt. i. pueniāt. et reuocēt i vnū cursū. pfluat. i. optz pfluere. illō qd vnda alterni vadi. i. vtriusqz fluuis. trahit. i. secū duc. et pueniāt pupes et truci. vulsi

Metrum primum qnti libri.

Upis achemenie scopul. vbi versa sequentū Pectoribus figit spicula pugna fugax Tigris et eufrates vno sese fonte resoluūt Et mox abiūctis dissociāt aqs Si coeant cursūqz itep reuocent in vnum Confluat alterni qd trahit vnda vadi Cōueniāt pupes et vulsi flumine trunci Mixtaqz fortuitos implicet vnda modos Quos tñ ipsa vagos terre decliuia casus Gurgitis et lapsi defluus ordo regit Sicqz pmissis fluitare videtur habenis Fors. patitur frenos, ipsaqz lege meat

Prosa secunda

Prosa secũda libri quinti.

Nimaduerto inq̃. idq̃ vti tu dicis ita esse ↄsentio. Sȝ i hac herentiũ sibi serie causaꝝ: est ne vlla nr̃i arbitrij libertas: an ipos quoq̃ humanoꝝ mot⁹ animoꝝ fatalis cathena cõstringit. P. Est inq̄t. Neq̃ eñ fuerit vlla rõnalis natura. quin eidem libertas assit arbitrij. Nã q̃ð rõne vti naturaliter põt. id habȝ iudicium quo discernat. Per se igitur fugienda optandaue dinoscit. Qð vero quis optãdũ esse iudicat petit

id ẽ eradicati. flumie. i. p flumẽ. ꝛ vnda mixta. i. ↄfluens. implicet. i. implicabit fortuitos modos. q꞉ vnda faciet ↄcurrere fortuitu naues et truncos q̊s tñ vagos casus. i. casuales euẽt⁹. regit ipsa decliuia terre. i. dep̃ssio terre dãs viã fluuio. ꝛ deflu⁹ ordo lapsi gurgitis. i currẽtꝭ aq̃ regit illos vagos cursus. ꝛ ita ẽ de euẽtu causuali respectu ꝓuidẽtie. vñ dr̃. Fors. i. casus vel fortuna q̄ videt̃ fluitare p̃missis habenis id est sine regimie. illa patit̃ frenos. i. regimia. ꝛ meat. i. transit ipsa lege. i. p ipam legẽ diuie ꝓuidentie ¶ Nota qꝫ scribitur in Genesi. Tigris et eufrates sunt flumia q̊ꝝ ort⁹ ẽ in paradiso Sed Hiero. autoritate Salustij dic̃ qꝫ ortus tigris ꝛ eufrates dmõstrat̃ i armenia. i. in p̃thia. cui videtur boeti⁹ ↄsentire. btũs aũt Augu. sup genesim ad lraȝ istã ↄrietatẽ ↄcordat dicẽs. Illud ↄtingit in istis fluminibꝫ q̊d in alijs exp̃imur. s. qꝫ aliq̃ñ absorbentur a terra ꝛ iterũ oriunt̃. ꝛ q꞉ h̊ sepe põt ↄtingere. iõ d ortu ipsoꝝ fluuioꝝ diuersa p̃ñt dici q̃ñ eñ moyses dt in genesi qꝫ oriant̃ in p̃adiso p̃t intelligi de p̃ma origine eoꝝ. sed qð dicit̃ ab alijs qꝫ alias oriant̃ p̃t intelligi d ortu eoꝝ secũdario. ¶ Notandũ qꝫ parthia est q̄dã regio q̄ alio noie dr̃ achemenia. vñ dicunt̃ hoies parthi q̄ vincunt hostes suos fugiẽdo. sagittas a tergo mittendo. ꝛ sic amor vincẽdus est fugiẽdo. Vñ poeta dixit. Qua spine martis cedit victoria p̃this Cipris ea parte sibi q̊ȝ vincit̃ arte. Cipris. i. ven⁹ q̄ colebat̃ in cipro. Et paup Heinric⁹ Proscribas igit̃ gladijs et fustibꝫ ipm supple amorẽ. Et fugiẽdo fuga quẽ fuga sola fugat.

Prosa secunda libri quinti.

Nimaduerto inq̃. Hic incipit ꝓsa scða hui⁹ q̇nti. in q̄ incipit determinare de ↄueniẽtia liberi arbitrij ad ꝓuidentiã diuinã. ꝛ p̃mo q̄rit an libeꝝ arbitriũ possit stare cũ ꝓuidẽtia diuia ꝛ p hia ꝓbat diuinuȝ arbitrium eẽ. scðo oñdit quõ diuersificat̃ in diuers. ꝛ tertio oñdit act⁹ liberi arbitrij cadere sub prouidentia diuia. scða ibi. Sed hãc. tertia ibi. Que tñ.

Liber quintus

Refugit vo qd estimat esse fugiẽdũ Quare qb⁹ inest rõ:ipis etiam inest volendi nolendiq; libertas Sz hãc nõ in oib⁹ equã esse ↄstituo Nã sup/nis diuinisq; substãtijs ꝛ pspicax iudiciũ :ꝛ incorrupta voluntas :ꝛ efficax optatoꝝ p̄sto est potestas. Humanas vo animas liberiores qdez esse necesse est, cũ se in mentis diuie speculatõne conseruant, min⁹ vero cum dilabuntur ad corpora, minus q; etiam cum terrenis artubus colligantur :extrema vero est seruitus

Primo dt Aniaduerto inq; .i. cognosco. quõ casus stat cũ puidẽtia. ꝛ ita ↄsentio sicut dixisti. ꝛ q̃rit boeti⁹. Est ne vlla libertas arbitrij in hac serie causaꝝ sibi herẽtiũ an fatalis catena. i. fatalis necessitas ↄstringit motus .i. affect⁹ hũanoꝝ aĩoꝝ. Tũc phia pbat libeꝝ arbitriũ esse dicens. Libertas arbitrij est nõ obstãte p̄dicta ↄnexione cãꝝ neq; eñi fuerit. i. esse poterit vlla rõnalis natura. qn libertas arbitrij edẽ assit. et accipit hic rõnal' natura large p oĩ eo q hz cognitionẽ intellectiuã pbat aũt q oĩ nature rõnali insit liberũ arbitriũ dicẽs. Illud qd põt naturalr vti rõne. id hz iudicium q discernat vnũqdq;. igit p se dinoscit. id ẽ discernit fugienda ꝛ optãda. qd aũt qs iudicat optandũ id petit. i. psequit. et refugit illd qd estiat fugiendũ. Quare qbus inest rõ illis inest libertas volẽdi et nolendi. põt g sic rõ formari. Oẽ qd põt vti rõne hz iudiciũ cognoscendi fugiẽda ꝛ optãda. sed qd qsq; iudicat optãdũ psequit. ꝛ qd iudicat fugiendũ hoc refugit. g oẽ qd pt vti rõne hz libtatẽ volẽdi ꝛ nolẽdi ¶ Notandũ q dicit illd qd vtit rõne hz iudiciuz q discernat vnũqdq;. h dicit ad differẽtiã iudicij naturalis. qd ẽ in brut; q nõ iudicat vnũqdq; agenduz sed aliqd pticulare. sic ouis nõ iudicat de qlibet fugiẽdo sed tñ de lupo. ꝛ apes ñ hñt idustriã ad faciẽdũ aliqd op⁹. nisi ad fauos mellis. sed iudicium rõnis ẽ de qlibz q agunt. ¶ Notandũ q dt q hñs rõnis iudiciũ p se iudicat pseq̃ndũ vel fugiẽdũ. licz eñi bruta qdãmõ cognascãt fugiẽda vl pseq̃nda. nõ tñ p se. qz nõ sũt cã iudicij Hõ aũt nõ solũ cognoscit finem ꝛ ordinata i finẽ. sz cogscit ea vlr p modũ collatiõis ꝛ p modũ syllogisticuz etiã hõ suũ iudiciũ iudicat ꝛ discernit. qz intellect⁹ ẽ virt⁹ ↄuersa supra se

¶ Sz hãc nõ in oib⁹. Hic oñdit phia quõ libeꝝ arbitriũ diuersificat i diuersis. s. in angelis ꝛ hoib⁹ dicẽs. Hãc. s. libertatẽ arbitrij ñ ↄstituo ẽe equã. i. eq̃lẽ in oib⁹. qz maior est in substãtijs diuis q in hoib⁹ Nã supernis ꝛ diuinis substãtijs inest pspicax iudiciũ. i. infallibile iudiciũ. ꝛ inest

eis incorrupta volūtas .i. inflexibilis ad malū. ⁊ in eis est ꝑsto .i. ꝑata effi cax ꝑtāte optatoꝝ. qꝛ ñ ē ī eis īpedimētū executōis. Aīas ꝙo hūanas ne cesse ē esse liberiores qñ ꝯfuāt se ī speculatōe diuīe mentꝫ. min⁹ ꝙo libere sūt cū dilabunꝰ ad corꝑa .i. ad curā reꝝ corꝑaliū. ⁊ adhuc mi⁹ libere sūt cū colligantꝰ terrenis artubꝫ .i. affectibꝫ q̇bꝫ min⁹ resiste e pñt passiōibꝫ insur r gētibꝫ. Extrema ꝙo

cū vicijs dedite rōnis ꝓprie posses siōe ceciderit. Nā vbi oculos a sum me luce ꝟitatis ad inferiora ⁊ tene brosa deiecerit mox iusticie nube ca ligātꝰ ꝑniciosis turbātꝰ affectib⁹ Qui bus accedēdo ꝯsentiēdoqꝫ quā in/ uexere sibi adiuuāt ꝟuitutē ⁊ sūt quo dammodo ꝓprie libertate captiue

.i. maxīa ē ꝟuit⁹ aīaꝝ qñ dedite vitijs ceci/ derint a possessiōe ꝓ prie rōis q̄ regi .i. di rigi deberēt ī agēdo. Nā vbi .i. postqꝫ aīe deiecerint ocl'os rōis ⁊ ītellect⁹ a luce sum me ꝟitatis ad īferio ra ⁊ tenebrosa id ē ad ꝉrena ⁊ carnalia mox caligantꝰ .i. obscurantꝰ nube īscitie .i. igrātie

